Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-130844-p0001-6

XI. 11^d = Q.

(cat. 4/54. 55)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-130844-p0002-1

35

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-130844-p0003-7

35

ODAE SAECVLARES

NATALI ACADEMIAE IENENSIS

DVCENTIES REVERSO

DICATAE.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-130844-p0004-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-130844-p0005-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-130844-p0006-3

ODE

His iam triumphis clara perennibus,
Deuincta lauro tempora, quae fui
Ingreſſa primum, cultuique
Templa dicata meo reuiſam.

Mortalium lux, o ſapientia!
Virtusque, mentis tu decus vnicum!
O blanda mater praemiorum,
Gloria! conſociate plauſus!

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-130844-p0007-9

ODE

ANTE
ORATIONEM SAECVLAREM

PAX.

Martis furori iam ſatis eſt datum!
Murmur nec illaetabile compleat
Campos SALANAE; militumque
Horriſoni ſileant tumultus!

Turbata dulci ſede reuertere,
Felix quies! Nunc candida tempora
Muſis eant! Secura poſcunt
Otia, ſacra deo ferenda.

SALANA.

Pax regnat? an me ludit amabilis
Spes, ac imago, gaudia ſaeculi
Pandens noui? Tranquilla rerum
En! facies recreat pauentem!

Salue, dies, natalia lumine
Fauſto reducens! Splendidior tibi
Sol lucet, vrgentesque curas,
Te redeunte, leuat, fugatque.

Quid? ſolis ipſius radiis polo
Flammantior lux imperat, et iubar
Dium meos late per agros,
Relligio, Ioue nata, ſpargit.

Deſcende caelis, o genitrix dea!
Vitae meae fons! Auſpiciis tuis
Efflorui per ſaecla: flagrans
Dic, age, quid pietas rependat?

RELIGIO Victrix reuertor, neſcia vel dolo
Vel Marte vinci, pacis amabilis
Aeterna vindex; laeta caſtis
Caelitus adfero dona Muſis.

Dulces in amplexus ruo nunc tuos,
Dilecta caelo nata, meum decus!
Fecunda prole me colentum,
Oſcula figo tibi, tuisque.

Non longa partos diminuit dies
Priſcos honores; iam duo ſaecula
Videre, quos egi, triumphos,
Atque nouis noua ſaecla fulgent.

His iam triumphis clara perennibus,
Deuincta lauro tempora, quae fui
Ingreſſa primum, cultuique
Templa dicata meo reuiſam.

Mortalium lux, o ſapientia!
Virtusque, mentis tu decus vnicum!
O blanda mater praemiorum,
Gloria! conſociate plauſus!

Quid? ſolis ipſius radiis polo
Flammantior lux imperat, et iubar
Dium meos late per agros,
Relligio, Ioue nata, ſpargit.

Deſcende caelis, o genitrix dea!
Vitae meae fons! Auſpiciis tuis
Efflorui per ſaecla: flagrans
Dic, age, quid pietas rependat?

RELIGIO Victrix reuertor, neſcia vel dolo
Vel Marte vinci, pacis amabilis
Aeterna vindex; laeta caſtis
Caelitus adfero dona Muſis.

Dulces in amplexus ruo nunc tuos,
Dilecta caelo nata, meum decus!
Fecunda prole me colentum,
Oſcula figo tibi, tuisque.

Non longa partos diminuit dies
Priſcos honores; iam duo ſaecula
Videre, quos egi, triumphos,
Atque nouis noua ſaecla fulgent.

Dignae ſorores, deliciae meae!
Queis cura ſacrorum tradita eſt, mihi
Sollemnium; dulces triumphi,
Quem renouo, comites adeſte!

SAPIENTIA.

Caeleſte, quo ſplendes, meditans decus,
Inſigne dicam, quod modo ſaecula
Norunt, ſenum ſpem quod recludit,
[illegible] repetit iuuentae.

Iactent Athenas Pierides! Fuit
Haec artium ſedes! ſupereſt nihil
Splendoris! Hanc ſortem, SALANA,
Barbaries tibi comminatur!

Eſt ordo fatorum, quibus impero.
Mergentur artes mox tenebris nouis;
Triſtem feret virtus repulſam;
Famaque nominis heu! peribit.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-130844-p0011-1

Dignae ſorores, deliciae meae!
Queis cura ſacrorum tradita eſt, mihi
Sollemnium; dulces triumphi,
Quem renouo, comites adeſte!

SAPIENTIA. Caeleſte, quo ſplendes, meditans decus,
Inſigne dicam, quod modo ſaecula
Norunt, ſenum ſpem quod recludit,
Gaudia quod repetit iuuentae.

VIRTVS. Intaminatis ſemper honoribus
Quae tuta fulſi praeſidio tuo,
Victorias nunc, poſteriſque,
Te duce, commemorabo, partas.

GLORIA. Per ſaecla virtus et ſapientia
Orbi viros dedere quot inclutos:
Adfixa templis, tot tropaea
IENA tuis ſtatuet triumphis.

SAP. VIRT. GLOR. Arae, coronis, quas tibi nectimus,
Florentibus cinctae, glomerant ſacras
Nubes; tibi laudes, deoque
Thura, ferunt iuuenes ſeneſque.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-130844-p0012-7

ODE
POST
ORATIONEM SAECVLAREM

TEMPVS. Sit plauſibus feſtis modus! Anxie
Pallere Muſae! Non noua prouehet
Sol ſaecla, queis mentes reſultant,
Gaudia nec remeent beata.

Labuntur anni; qui fugiunt, dies,
Decliuis inſtar fluminis, vrgeo;
Aetas, meo ſubiecta ſceptro,
Vortice cuncta ſuo reſorbet.

Iactent Athenas Pierides! Fuit
Haec artium ſedes! ſupereſt nihil
Splendoris! Hanc ſortem, SALANA,
Barbaries tibi comminatur!

Eſt ordo fatorum, quibus impero.
Mergentur artes mox tenebris nouis;
Triſtem feret virtus repulſam;
Famaque nominis heu! peribit.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-130844-p0013-2

ODE

POST

ORATIONEM SAECVLAREM

TEMPVS. Sit plauſibus feſtis modus! Anxie
Pallete Muſae! Non noua prouehet
Sol ſaecla, queis mentes reſultant,
Gaudia nec remeent beata.

Labuntur anni; qui fugiunt, dies,
Decliuis inſtar fluminis, vrgeo;
Aetas, meo ſubiecta ſceptro,
Vortice cuncta ſuo reſorbet.

RELIGIO. Deuicta nondum, quid metuam tuas,
Tempus, minas? Praeceps agat omnia,
Non horreo, fatum: ſed aevis,
Diua ſuperſtes ero caducis.

Victoriarum teſtis, et hoſtium,
Quos iam ſubegi fortiter, horridam
Cladem refers; aetas tacebit

RELIGIO. Deuicta nondum, quid metuam tuas,
Tempus, minas? Praeceps agat omnia,
Non horreo, fatum: ſed aevis,
Diua ſuperſtes ero caducis.

Victoriarum teſtis, et hoſtium,
Quos iam ſubegi fortiter, horridam
Cladem refers; aetas tacebit
Inuida nulla meos triumphos.

Ponas furorem! temporis arbiter
Summus iubet! Caelum mihi militat;
Vt caeteros hoſtes, triumpho
Te quoque, tempus, inerme ducam.

Laetentur artes! Fons ſapientiae
Manet perennis! Nil minuat decus
Virtutis! aeternaque lauro
Gloria condecoret merentes!

Gaude ſecundis, quae tibi, quae tuis
Iam nunc recurrent, rebus; et adſpice,
Nutu meo fulgent futura
Saecula, candidiora primis.

Quid, IENA, votis deerit? o mea,
O Numinis conſtans amor! Aureo
Aeuo renideſces, dicata
Ingeniis ſtudiisque ſedes.

Aduerto vultus omnipotens deus,
Qui flecto caelum; terraque cui tremit;
Te, quis reſiſtet? vi potente,
Gens inimica ſtrepat, tuebor.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-130844-p0016-9

Immota ſtet virtutis et artium
Aedes, honoris perpetuum mei
Templum; die quod nube lucis,
Nocteque, flammifera replebo.

SALANA. O me beatam! cantica plauſibus
Miſcete, Muſae! Iam ſacra culmina
Reddant pias voces ſonoris
Vallibus; hae referant olympo!

MVSAE. Oblata voti iam noua publici,
Numen benignum, ſuſcipe munera.
Doctrina, virtus, mentis ardor,
Religio! tibi ſint ſacrata!

IENAE LITTERIS STRAVSSIANIS
CIϽ IϽ CCLVIII.

Immota ſtet virtutis et artium
Aedes, honoris perpetuum mei
Templum; die quod nube lucis,
Nocteque, flammifera replebo.

SALANA. O me beatam! cantica plauſibus
Miſcete, Muſae! Iam ſacra culmina
Reddant pias voces ſonoris
Vallibus; hae referant olympo!

MVSAE. Oblata voti iam noua publici,
Numen benignum, ſuſcipe munera.
Doctrina, virtus, mentis ardor,
Relligio! tibi ſint ſacrata!

IENAE LITTERIS STRAVSSIANIS
CIↃ IↃ CCLVIII.

Yc. 4°. 6

ULB Halle 3
001 976 869

Sb

W. L 02.02.01,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-130844-p0019-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-130844-p0020-1

ODAE SAECVLARES

NATALI ACADEMIAE IENENSIS

DVCENTIES REVERSO

DICATAE.